

accommo<sup>d</sup>asse sero uos pœniteat. Quod si Draconis mei ætas & ingenium, in uestrum istum decursum, feruoremq;<sup>e</sup> incidisset competenter, ac nō iam longe ipse à uobis relinqueretur, una ego opera prodesse nonnunquam uobis, illicq;<sup>e</sup> potuisse. Et eum tamen sic quoq;<sup>e</sup> spero, simulac uim sentire æmulationis ingenuæ cooperit, nonnullis æquali-  
um anteuersurum, queis cum erupit è carceribus. Neque enim usque adeo defectus est dotibus ingenij, ut non pos-  
sit si adnitat plausum in cursu mereri: nisi aut iudicio meo imposuerunt indolis lætæ indicia uana & fallacia, aut mihi obrepst coniscienti fauor, in pignus meum propensus.  
Saluta mihi utrumque tuum parentem, & fratrem Christo phorum. Vale, Ηχή Διατέλεσθαί τοι τὰ ἐλληνικὰ γράμματα, σὺν ἀδελφῷ στέλευοι καπημένῳ. In Marliano meo, Pridie Calendas Octobris.

GVLIELMVS BVDAEVS CHRISTO  
PHORO PICARTO S.

**V**ereor ut una epistola satissimacere expectatio ni tuę possim, qui tot ad me epistolas epistolarum mearum flagitrices scripsisti. Quade re magnopere mihi anxio nihil potius in mētem uenit, quām ut testarer ualere id ad purgationem aut moræ, aut incuriæ debe re (alterum enim non dubito te mihi uitio iam uertere, etiam si obīscere nō audes) quod tam diuersa, atq;<sup>e</sup> adeo auerfa esse uidetur conditionis meæ, atq;<sup>e</sup> sortis ratio, ab ista uicissitudine epistolarum missitandarum, quām tui instituti, atq;<sup>e</sup> tatisq;<sup>e</sup> ratio ad eam cōcertationem apposita est, & opera portuna. Nec enim minus incommodè à procuratione familiari, muneribusq;<sup>e</sup> alijs huic meæ sorti necessarijs, auocare me possum, quām tu commodo tuo, atq;<sup>e</sup> animi causa

Incumbe<sup>r</sup>e toto pectore ad eam cogitationem potes: ita  
ut ex usu studiorum tuorū ea futura sit exercitatio, quod  
non perinde ipsum in rem meam esse potest. In numerū  
etiam procedere excusationum potest, quod scribendi ala-  
critas, ingenij ostentandi industria prompta & expedita,  
& omnium deniq<sup>z</sup> horarum stilus, ita in me cōfenescit in  
dies, ut in uobis adolescentulis uegetatur, & gliscit. Nam  
quod in hac ætate aut labor est, aut tædium, in isto ætatule  
feruore pabulum est animi, & alimentū: & æqualiū æmula-  
tio in animo strenuo, & impigro stimulus est acerrimus,  
omnem sensum laboris adimens & defatigationis: animi  
affection omnino improba, imperiosa acerba exactrix ope-  
rarum, operi semper instans. Quæ nulla diligentia ita si-  
bi satissacit, ut nō semper ipsam sui, profectusq<sup>z</sup> pœnitentia  
Cuius rei experimentum cepi, ut si quisquam hominū stu-  
diosorum: qui nullius unquam mihi operæ in feruore cō-  
tentio<sup>n</sup>is (quæ diuturna fuit) uacationem, remissionemq<sup>z</sup>  
concessi: quam summa obire diligentia, incumbensq<sup>z</sup> inten-  
tio deberet, æquo fermè intertrimento patrimonij, atq<sup>z</sup> ua-  
letudinis. Ausim enim me dicere ad extrema usque exem-  
pla urgentis sese contentionis processisse, diuq<sup>z</sup> in ijs per-  
seuerasse: siue id æstimandum sit ab animi habitu studio li-  
terarum deuotissimo, eternisq<sup>z</sup> curis, atq<sup>z</sup> in diuersum ab-  
strahentibus abdicato & uacanti: ita ut antiquiorem nul-  
lam cupiditatem habeat, quam elegatiū disciplinarū: si-  
ue à constantia propositi tenacissima, & ad extremum usq<sup>z</sup>  
preferente, quod suscipiendū duxerit. Quis em̄ huius in-  
stituti unquam retinentior fuit? Quis cum certa pernicie  
amantior literarum bonarum? Quod tamē (ut uerum in-  
genue fatear) non tam propositi ac consiliij fuisse, q<sup>z</sup> natali-  
tiæ proclivitatis puto, quæ instar in me quoddā necessita-  
tis habuit. Nā alioquin qui fieri potuisset, ut studiū illud  
insanū cōsertis digitis retinerem, cum discriminē uitæ: in

## CHRISTOPHORO PICARTO. 111

eaqe statione uiuendi causas, rationesqe collocarem, quam  
mihi morbi perpetui, ægritudinisqe animi inde manantis  
officinam esse non ignorabam: Præsertim cum omniū me  
dorum interdictis, quibus cum consilia communicaui,  
amicorumqe iurgijs deductus, deiectusqe sæpe fuerim: mi  
nisqe capitalibus absterrit<sup>9</sup>, & nequicquam repulsus. Sed  
scilicet, Multa ferunt anni uenientes cōmoda secum: Mu  
ta recedentes adimunt. Impetus igitur ille cum ætate, ac  
noxa corporis paulatim relanguit: liberorumqe examine  
succrescente, curarum quoqe agmen securitatem illam ani  
mi egregia conscientia freti obruiisset penè & extinxisset,  
nisi fatalis amor resurgens & existens, in hūc me secessum,  
quasi in portum recipere suasisset, ut ab illo tumultu me  
recrearem. Quoniā uero te amitine mi eximia indole præ  
ditum cum fratre primigenio uideo inter paucos, quos in  
secula sturos haud uana conjectura iudico (si tamen id fa  
tum uobis Parcarum fusis inuolutum est, & ut Græci di  
cunt, ἐὰν τοῦτο μηδὲ πικεκλωσμένον, id est si Dei prouidentia  
tandem uos superstites esse, incolumesqe statuerit) libens,  
hilarisqe nūc feci, ut uel œconomicis, rusticisqe curis, atqe  
etiam studijs tantum succiderem temporis: uel ut inertiae  
ac desidię (cui iam me penè dedi) hanc operam exprimerē,  
ut tuo desiderio satissacherem, aut certe pro parte obtempe  
rarem. Pudet enim me à te quasi debitū officij identidem  
appellari, apparitore etiam patre tuo, homine tum propin  
quo mihi, & multis nominibus necessario, tum à puerō  
semper amato: idqe eius merito. Cæterum quoniā in lite  
rarum tuarum postulatis hoc quoque esse uidetur, ut græ  
ce aliquid ad te scribam, latīnae epistolæ calcem græcam  
habeto. Εἰ μοὶ οὖν δὲ χριστοφόρε ίσά μοι τοῖς ταυτίρηγαπημένε  
τοῖς ἔμοις, σὺν ἀδελφῷ σὸν φραγκίσκῳ, σὺ γε τὰ ἀντὰ φρονῶρ γε  
καὶ πειῶρ περὶ τῶν μαθημάτων τῶν ἐλεύθερών διαπέλεσθε, τόσε τε  
ἐπὶ λόγοις ἐνδοκυλοῦτας ζυνθεας ἐπιφημεις θεραπεύωμεν Καὶ διὰ τιμῆς

Ἄγωρ, οὐδὲ γάλην ισχεῖ ἀυτὸς πελοπῶρος, τὴν ἐπὶ μαράμενην ταῦτα ἐπίφανῶμ  
τις ὑπάρξειν ωμόνοιο τῆς ἐπὶ μνότητιν φράσεως καὶ λογιότητιν πολυσ-  
θευλάτωρ. ἐφ τῷ πόνει γονέας μήθεμ καὶ συμμεντῆς γεγονθότας καὶ προγόνων  
μιώ, οὐκ ἀποφανέσθαι. Εἰδέ γε ισχεῖ μείζονός σε προσδεῖσθαι παραμνέσεως ἡγε-  
μονία, τῶν δὲ λόγων ἐφεσάμενων ἔγωγε τῆς ἀκονησόντων τῶν τυχήματων  
τοιούτων θελοπονίαμ ταῦτα. νῦν δὲ καὶ τὰς ὑπολαμβάνουσαν  
εἴναι μερακίσκω γε δὴ θελοποτίδω πε καὶ πρός τὰς ποιμείας τὰς καλ-  
λίσας ἀναποτάσσως διακεκλινώ, δὲν ταῦθα δὴ λέγω δι την πατεροληπτικήν.  
**Vale. E Mariano nostro.**

GVLIELMVS BVDAEV<sup>S</sup> DRA  
CONI FILIO S.



Tsī mihi oīj parum erat ad scribendum in  
hac urbe, in hoc tempore, in hac concursatio-  
ne, multāque mihi simul scribendae sunt ad  
amicos necessariosq; epistolæ, aliosq; non  
ita ualde familiares, epistolæ tuæ tamen he-  
ri super cœnam accepte negare nō potui id,  
quod tu me poscebas ambitiosule & suppliciter, ut iterū  
ad te scriberem. Quod igit̄ epistolam unam flagitas eiusce-  
modi, quæ tibi hortamento esse possit, & inuitamēto acri,  
& uehementi ad literas latinas, eleganteisq; iusto studio  
capessendas & amplectēdas, id uero mihi gratum per (in-  
quam) gratum fuit. Nulla enim re magis commendare se  
ætatula tua mihi, alijsq; (ut opinor) potest, quam in dōle  
certa & conspicua doctrinæ, honestatisq; amorem acrem  
præ se ferente, atq; admirationem non mediocrem. Ad id  
uero studium tacente me, nec admonente aut literis, aut  
sermone, excitare te paterna æmulatio atq; extimulare po-  
tuit: ut si quenquam alium aut in hoc nostro cœlo, aut in  
extero natum & educatum. Etenim in præcipiti iam ista  
pueritia anticipatione quadam sensus communis ita præ-  
ditum te